

*Ks. BOLESŁAW KUMOR (Lublin)*

## RELACJA BISKUPA JANA PAWŁA WORONICZA O STANIE DIECEZJI KRAKOWSKIEJ (1828)

Przed trzema laty ogłosilem na łamach „Analecta Cracoviensia” relację o stanie diecezji krakowskiej z roku 1807 biskupa Andrzeja Rawy Gawrońskiego, przeslaną do Kongregacji Soboru w Rzymie. Relacja ta, pierwsza po rozbiorach Polski, przyniosła obfite materiały źródłowe do dziejów omawianej diecezji, zwłaszcza w zakresie jej granic, ustroju, duszpasterstwa i narzucanego przez zaborę austriackiego systemu józefińskiego<sup>1</sup>. Przy okazji kwerendy archiwalnej w Archivum Secretum Vaticanum do dziejów diecezji krakowskiej sporządziłem kopię relacji o stanie tej diecezji, przeslaną do Rzymu w 1828 r. przez biskupa Jana Pawła Woronicza. Od roku 1807 do 1828 diecezja przeżyła dwa nowe podziały i trzykrotnie zmieniała przynależność polityczną.

Po utworzeniu Księstwa Warszawskiego (1807) i dołączeniu do niego terenów z trzeciego i okręgu zamojskiego z pierwszego zaboru austriackiego nastąpiły poważne zmiany w granicach diecezji. Jeszcze na mocy bulli papieża Piusa VII *Indefessum personarum* (13 VI 1805), wykonanej w roku 1807, diecezja straciła na rzecz nowej diecezji kieleckiej 15 dekanatów, 5 kolegiat i 216 parafii oraz 19 klasztorów męskich i 4 żeńskie. Terytorium diecezji powróciło na prawy brzeg Wisły, gdzie ze zniesionej diecezji tarnowskiej włączono do niej na mocy bulli Piusa VII *Operosa atque indefesa* (24 IX 1805) 3 okręgi polityczne (Bochnia, Nowy Sącz i Myślenice), 14 dekanatów, 232 parafie i filie oraz 608 182 wiernych. Na skutek traktatu pokojowego w Schönbrunnie (16 X 1810) diecezja utraciła całą część galicyjską (4 VI 1810), a odzyskała jurysdykcję w 3 dekanatach nowośląskich (Częstochowa, Pilica, Siewierz), lecz przekazała jurysdykcję do Wrocławia na dekanaty Bytom i Pszczyna (53 parafie) zgodnie z umową zawartą z biskupem wrocławskim (22 X 1811)<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> „Analecta Cracoviensia” 29:1997, s. 553–573.

<sup>2</sup> B. Kumor, *Granice metropolii i diecezji polskich 968–1939*, Lublin 1969–1972, s. 303–305.

Dalsze podziały tej diecezji nastąpiły po kongresie wiedeńskim. Na mocy bulli papieża Piusa VII *Ex imposita Nobis* (30 VI 1818) terytorium diecezji zostało ukonstytuowane na lewym brzegu Wisły i składało się z Wolnego Miasta Krakowa i województwa krakowskiego z siedzibą w Miechowie w Królestwie Polskim. Tym razem diecezji przydzielono 7 dekanatów, 112 parafii ze zniesionej diecezji kieleckiej oraz obwody polityczne Kraków i Słomniki z dawnej diecezji. Po tych zmianach diecezja obejmowała 22 dekanaty, 274 parafie, 23 klasztory męskie, 11 żeńskich i 404 596 wiernych<sup>3</sup>.

Biskupem nowo urządzonej diecezji mianował 30 IV 1815 r. car Aleksander I ks. Jana Pawła Woronicza, zasłużonego dla Kościoła i kultury polskiej kaznodzieję, poetę i pasterza. Urodził się on 3 lipca 1757 r., święcenia kapłańskie przyjął 5 czerwca 1784 r., doktorat obojga praw otrzymał w Akademii Wileńskiej 8 V 1795 r. Na biskupstwo w Krakowie prekonizował go papież Pius VII (18 XII 1815), a święcenia biskupie przyjął 8 maja 1816 r. W chwili, gdy podpisywał relację o stanie diecezji krakowskiej, był już prekonizowany na arcybiskupa metropolitę warszawskiego (28 I 1828)<sup>4</sup>.

Omawiana relacja jest stosunkowo obszerna; obejmuje 19 kart *in folio* i nosi datę 2 maja 1828 r., datowana w rezydencji arcybiskupów warszawskich. Prócz wstępu (k. 1–2), relacja zawiera następujące rozdziały: stan materialny diecezji (k. 2–11), działalność biskupa (k. 11–12), duchowieństwo diecezjalne (k. 12–14), duchowieństwo zakonne (k. 14–16), zakonnice (k. 16–17), bractwa i szpitale (k. 17–18), wierni (k. 18–19) i postulaty (k. 19). Z relacji dowiadujemy się, że w granicach Królestwa Polskiego diecezja obejmowała 50 miast, 1 755 wsi i liczyła 406 705 wiernych i mieszkańców, a w Wolnym Mieście Krakowie – 5 miast i 118 000 mieszkańców. Redukcja kapituły katedralnej, przeprowadzona przez władze austriackie i papieża Piusa VII (30 VI 1818), umniejszyła ją z 36 prałatur i kanonii gremialnych do 4 prałatur i 8 kanonii gremialnych oraz kanonii uniwersyteckich. Piąta prałatura – kancelaria – miała ulec kasacie. Z dawnych, licznych kolegiów kapłańskich w katedrze pozostały tylko dwa: kolegium wikariuszy, złożone z 6 kapelanów, i kolegium psalterzystów, złożone z 4 kapelanów. Z 16 dawnych kapituł kolegiackich w diecezji pozostały dwie: w Kielcach pod wezwaniem Najświętszej Maryi Panny i w Krakowie pod wezwaniem Wszystkich Świętych.

W zakresie organizacji terytorialnej diecezja była podzielona na 22 dekanaty (18 w Królestwie Polskim i 4 w Wolnym Mieście Krakowie), 231 parafii w Królestwie i 44 parafie w Wolnym Mieście – łącznie 275 parafii. Większa ich część miała patronat szlachecki. Ze względu na

<sup>3</sup> B. Kumor, *Ustrój i organizacja Kościoła polskiego w okresie niewoli narodowej 1772–1918*, Kraków 1980, s. 209.

<sup>4</sup> Tamże, s. 66.

szczupłe uposażenie większości parafii, niemal z reguły był w niej tylko jeden kapłan-duszpasterz. W dawnej diecezji było 6 seminariów duchownych, obecnie pozostały tylko dwa – jedno w Krakowie i drugie w Kielcach. W pierwszym kształciło się 30 alumnów, podobnie w drugim. Seminarium kieleckie prowadzili księża wspólnego życia (bartoszkowie), krakowskie – księża Zgromadzenia Misji św. Wincentego à Paulo. *Ratio studiorum* w obydwóch seminariach obejmowało filozofię, teologię dogmatyczną, teologię moralną, Pismo święte, historię Kościoła, prawo kanoniczne, homiletykę, śpiew i obrzędy kościelne, teologię pastoralną, szafarstwo sakramentów. Poziom naukowy i wykowawczy w obydwóch seminariach miał być „wystarczający”.

W zakresie działalności duszpasterskiej biskup Woronicz wspomniał o odbudowie własnym kosztem pałacu biskupiego w Krakowie, zniszczonego przez zaborcę austriackiego. Osobiście, względnie przez dziekanów przeprowadził wizytację duszpasterską całej diecezji, udzielał święceń kapłańskich i sakramentu bierzmowania. Szczególną troską otoczył kaznodziejstwo parafialne i sam bardzo często głosił kazania w Krakowie i w diecezji. Dla wygody diecezjan zorganizował dwa konsystorze wraz z sądami kościelnymi: w Krakowie o charakterze generalnym i w Kielcach o charakterze okręgowym. W zakresie melioracji gospodarki w dobrach biskupich wydał około 36 000 skudów rzymskich oraz wybudował nowy kościół w dobrach biskupich w Janowie.

W dalszej części relacji biskup Woronicz donosił, że nadużycie posiadania kilku beneficjów zostało całkowicie wykorzenione, kazania głoszono we wszystkich parafiach w niedziele i święta. W relacji o zakonach wspomniał biskup o kasacie opactw i klasztorów w Królestwie Polskim w roku 1818. W diecezji pozostało 9 klasztorów z 90 zakonnikami w Królestwie Polskim i 21 klasztorów z 225 zakonnikami w Krakowie. Rozluźnienie dyscypliny zakonnej, jakie nastąpiło na skutek reform józefińskich, powoli zmniejszało się; prawie wszyscy zakonnicy, z wyjątkiem nielicznych, przebywali w klasztorach. W całej diecezji, głównie w Krakowie, zachowało się 13 klasztorów panieńskich z 238 zakonnicami; przestrzegano w nich konstytucji zakonnych, karności i służby chórowej. Niektóre klasztory żeńskie prowadziły szkoły.

Przy końcu relacji biskup Woronicz chwalił diecezjan – „obserwuję wielką potrzebę religii, hojność na cele religijne, zwłaszcza od czasów wielkiego jubileuszu” (1825); zarówno wieśniacy, jak i szlachta tłumnie brali udział w uroczystościach jubileuszowych za przykładem kapelanów. Do złożenia relacji w Rzymie upoważnił biskup Woronicz ks. Rudolfa Zajączkowskiego, kapłana ze Zgromadzenia Misji. To on w zastępstwie biskupa miał odbyć przepisane praktyki religijne w Rzymie. Omawiana relacja wnosi dużo nowych informacji o diecezji i jej życiu w okresie przed powstaniem listopadowym.

**R**ELACJA BISKUPA JANA PAWŁA WORONICZA  
O STANIE DIECEZJI KRAKOWSKIEJ  
(Warszawa, 2 V 1828)

**Or. Archivum Secretum Vaticanum. Archivum S. Congregationis Concilli, fasc. 272: Relazioni Cracovienses. Tytuł: *Relatio de statu Dioecesis Cracoviensis a Joanne Paulo Woronicz, episcopo Cracoviensi facta ac Sacrae Congregationi Concilii Romam missa anno 1828.***

*Relatio Status Dioecesis Cracoviensis*

*Eminentissimi et Reverendissimi Domini, patroni Colendissimi!*

*Simul atque divina Providentia, nec non clementia f.m. Pii papae VII<sup>5</sup> placuit me pastorem Dioecesis Cracoviensis designare animum meum eo intendi, ut ad mentem constitutionum Summorum Pontificum illico Eminentiarum Vestrarum de statu dioecesis meae referam, et quae circa visitationem sacrorum liminum eademque decreta praescribant, fideliter explarem. Verum enimvero ardentibus votis meis non defuere gravia obstacula. Bulla f.m. Pii papae VII dioeceses in Regno Poloniae novis limitibus fuisse circumscriptae<sup>6</sup>, factum est statu Dioecesis Cracoviensis plane immutato, antiquae praedecessorum meorum relationes exiguo fuerint usui, proindeque plena notitia de statu praefatae dioecesis de novo essent comparanda conquirendaque. Quod quidem factu tanto erat difficilius, quanto graviora praemebar necessitate publicorum Regni, vel maxime autem Ecclesiae negotiorum gratius singulis annis diutius a dioecesi mea abesse. Porro etsi vi bullae translationis, qua Sanctissimus Dominus noster Leo papa XII<sup>7</sup> me a vinculo, quo tenebar Dioecesi Cracoviensi nuper absolvere, et in sedem archiepiscopalem Versaviensem transferre clementissime dignatus est, novorum officiorum implendorum, nova quoque incubit necessitas, cum tamen praefatam relationem de statu Dioecesis Cracoviensis iam (k. 2) concinnatam habeam, hanc Eminentiarum Vestrarum per mandatarium meum, perillustrem R.D. Rudolphum Zajączkowski Congregationis Missionis praesbiterum<sup>8</sup> ad visitanda nomine meo Sedis Apostolicae limina et Sanctissimi Domini nostri pedes deosculandas specialiter deputatum, maxima qua possum officiorum meo-rum testificatione mitto atque praesento.*

<sup>5</sup> Papież Pius VII (14 III 1800–30 VIII 1823) w dniu 18 XII 1815 r. prekonizował ks. Jana Pawła Woronicza na biskupa krakowskiego.

<sup>6</sup> Mocą bulli *Ex imposita Nobis* z 30 VI 1818 r. Pius VII dokonał pełnej reorganizacji Kościoła w Królestwie Polskim, dostosowując granice diecezji do nowych granic Królestwa Polskiego.

<sup>7</sup> Papież Leon XII rządził Kościółem od 28 IX 1823 do 10 II 1829.

<sup>8</sup> Ks. Rudolf Zajączkowski, kapłan ze Zgromadzenia Misji św. Wincentego à Paulo, bliżej nie znany.

*I. De primo relationis capite pertinente  
ad statum Ecclesiae materialem*

*Erectio et institutio episcopatus Cracoviensis repetitur ab anno 966, quo Mieciuslaus, qui Polonorum principum primus fidem christianam amplexus est, hunc episcopatum fundavit et dotavit<sup>9</sup>. Dioecesis haec omnium quotquot extabant in Regno Poloniae quondam vastissima, utpote quae olim numerabat mille ecclesias parochiales, vigore tractatus Vindobonensis anno 1815, nec non bullae f.m. Pii papae VII anno 1818 emanatae, arctioribus de hinc inclusa limitibus; pretenduntur nunc per palatinum Cracoviensem in Regno Poloniae, nec non Liberam Civitatem Cracoviensem, una cum suo territorio, et est confinis Dioecesi Cuiaviensi, Sandomiriensi, item Galiciae Austriacae et Silesiae Borussicae, que madmodum id exhibet charta geographica huius dioecesis, quam in commodo publico fieri curavi.*

*Privilegia antiqua et praerogativa Cracoviensium antistitium quod attinet, illud erat praecipuum, quod simul essent duces Severiae (quem sane Ducatum praesulibus Cracoviensibus emerat proprio sumptu S.R.E. cardinalis Sbigneus Oleśnicki), et hoc titulo in territorio eius Ducatus gaudebant imperio mero, ita ut iisdem competenteret ius gladii, nec non iura condenda monetae creandorumque nobilium<sup>10</sup>. Sed hae praerogativa per ultimam exdivisionem Regni, praedicto Ducatu ab episcopatu Cracoviensi avulso [k. 3], iam sunt extinctae. Gaudebant praeterea praesules Cracovienses dignitate archiepiscopali, erantque in sede Ecclesiae Cracoviensis septem sibi invicem succedentes archiepiscopi usque ad Lambertum II<sup>11</sup>, qui dum archiepiscopale palium a Romana Sede impetrare neglexit, suam Ecclesiam, quae hactenus fuerat metropolitana in suffraganeam redegit. Porro in memoriam primevae dignitatis ab immemorabili tempore utuntur episcopi Cracovienses festis solemnioribus ornamento quodam, dicto rationale, quod in forma distinguitur a pallio antiquissimum hoc ornamenti genus phrygio opere manibus divae Hedvigis Reginae Poloniae confectum, margaritisque decoratum, etiamnum conspicitur in aerario Ecclesiae cathedralis Cracoviensis. Sedem hanc cathedrae Cracoviensis occupabant ab origine archiepiscopi septem, serie interrupta succedentes 62 episcopi, quorum omnium ego septuagesimus annistes explebam.*

<sup>9</sup> Tę błędą opinię o początkach diecezji krakowskiej powtarzali biskupi krakowscy w relacjach do Rzymu; zob. B. Kumor, *Dzieje diecezji krakowskiej*, t. 1, Kraków 1998, s. 113.

<sup>10</sup> Księstwo Siewierskie nabył dla biskupstwa krakowskiego własnym sumptem (24 XII 1443) kard. Zbigniew Oleśnicki za 6000 grzywien; zob. B. Kumor, *Dzieje...*, t. 1, s. 263–267.

<sup>11</sup> Legenda o prawach metropolitalnych Krakowa powstała w pierwszej połowie XIII wieku. W XV stuleciu nawiązał do niej Jan Długosz; zob. B. Kumor, *Dzieje...*, t. 1, s. 610 nn.

*Dioecesis haec numerat in Regno Poloniae civitates et oppida 50, villas 1755, incolas 406 705. In Libera Civitate Cracoviae oppida 5, incolas 118 000. Ecclesia cathedralis Cracoviensis sub invocatione divi Venceslai Martyris ducis Bohemiae, supra vertice montis Wawel penes antiquum palatum regum Poloniae sita, circa annum 965 erecta fuit opera ac sumptu praefati Mieczislai I principis Poloniae et coniugis eius Dombrowka, quam ecclesiam Aegidius cardinalis episcopus Tusculanus<sup>12</sup> a Ioanne papa XIII<sup>13</sup> legatus in Poloniam missus consecravit, ac illi Prochorum Italum<sup>14</sup> primum archieiscopum praefecit. Hac porro circa annum 1320 flamis absumpta, Nankerus episcopus<sup>15</sup> eiusque successores praesentem ecclesiam cathedralem, eodem quo prior extabat loco, ingenti aere atque molimine ex latere [k. 4], cocto et lapide secto extrui curarunt.*

*Celeberrimam hanc basilicam, tectam in solidum lamina aerea, aere in nonnullis sacellis copiose deaurato, exornant turres cxxelsae instructae campanis sumptu regum et procerum Regni Poloniae comparatis, inter quas mole sua atque ingenti pondere eminet una, quae nonnisi solemnioribus festis pulsari solet, dignum sane munus Sigismundi I pii ac in religionem liberalissimi Poloniae regis<sup>16</sup>. Quae interiorius eandem plurimum adornant sunt altaria, omnia e marmore aut aere affabre facta, nec non innumera mausolea memoriae regum, principum atque ecclesiae antistitum dedicata, aeque propter suam antiquitatem et artem plane visenda. Numerat haec ecclesia octodecim sacella, horum nobilissimum laqueati peristylii ad instar exsurgit paene in medio templi, columnis ex aurihalco et epistylis inauratis insigne. Hic super altari quiescit corpus divi Stanislai episcopi et martyris, ac praecipui Patroni Regni Poloniae, inclusum urnae argenteae, longitudinis trium cubitorum, cuius externam faciem adornant circumcirca miracula divi Martyris, opere caelato eleganter expressa. Subter ecclesia in cryptis, in ipsa rupe excavatis, asservantur corpora regum ac principum Regni Poloniae, nec non plurimorum antistitum eiusdem ecclesiae.*

*Reliquias Sanctorum quod attinet, quae in hac ecclesia cathedrali reperiuntur et cultu publico exponi solent, praeter supra dictas exuvias divi Stanislai, cuius cranium in seorsiva aurea gemmisque distincta theca asservantur, praecipue sint particula notabilis de ligno*

<sup>12</sup> Błędna informacja. Legacja kard. Idziego z Tusculum do Polski przypadła dopiero po 1120 r.

<sup>13</sup> Papież Jan XIII rządził Kościółem od 1 X 965 do 6 IX 972 r.

<sup>14</sup> Najstarszy katalog biskupów krakowskich, pochodzący z lat 1266/67 wymienia Prohora jako pierwszego biskupa w Krakowie; zob. B. Kumor, *Dzieje..., t. 1, s. 492.*

<sup>15</sup> Biskup Nanker rządził diecezją krakowską od 3 III 1320 do 1 X 1326 r., następnie wrocławską, gdzie 10 IV 1340 r. zmarł w Nysie. To on rozpoczął budowę obecnej katedry gotyckiej w Krakowie.

<sup>16</sup> Zygmunt I Stary, król Polski i wielki książę Litwy, 1507–1548.

*sanctae Crucis et clavus, quo Salvator cruci erat affixus, aliqua sua parte imminutus, quem sane clavum Latinus Ursinus S.R.E. Cardinalis<sup>17</sup> Ladislao Jagielloni Regi Poloniae dono obtulit<sup>18</sup>. Pignus hoc sacrum Zbigneus Oleśnicki S.R.E. Cardinalis, episcopus Cracoviensis, in [k. 5] hac basilica magno apparatu depositus.*

*Capitulum ecclesiae quondam numerosissimum, utpote constans 36 praelatis et canonicis, bonis eius maiori ex parte avulsis, vi bullae f.r. Pii Papae VII redactum ad duodecim personas. His accedunt quatuor canonicatus pro professoribus ecclesiasticis in Universitate Cracoviensi per tractatum Vindobonensem anno 1815 stipulatis. Constat itaque praesens capitulum sequentibus quinque praelatis: 1 decano, 2 archidiacono, 3 scholastico, 4 custode et 5 cancellario advitalitatio, post cuius decessum praelatura haec suppressioni subiacet, et duodecim canonicis.*

*Habet hoc capitulum propria statuta ab ordinariis decketa, quibus ab antiquo regitur, verum hisce sancitis imminuta duntaxat capitularium numero nulla derogat diuturnior desuetudo, tum ratio temporum. Quo circa prospicio regimini huius capituli quidquid in eo ad rectum divini cultus servitium, ad officia divina ordinanda, ad propria demum capitularium, id vel antiquas leges innovando, vel novas tempori ac praesenti conditioni capituli magis accommodatas definiendo ad normam legum ecclesiasticarum, atque ad synodalium decretorum cancita, praecipue vero ad mentem supra memoratae bullae Pii Papae VII praescribere atque decernere institui, quod sane iam pridem perfecisset, nisi me cogeret diuturnior absentia a mea dioecesi, hoc opus successori meo ad perficiendum relinquere.*

*Celebrat hoc collegium capitula generalia ter in anno circa festa Purificationis Deiparae Virginis, s. Stanislai Episcopi et Martyris mense majo, nec non festo Translationis eiusdem in septembri, particularia vero semel in hebdomada quovis die sabbati.*

*[k. 6] Capitulum hoc quondam seminarium episcoporum vocari solitum, quod passim ex eo promoverentur ad sedes praesuleas, inter alia privilegia gaudebat olim praerogativa duos iudices deputatos ad Supremum Tribunal eligendi. Stemma huius capituli sunt tres coronae, insignia a collo penduta (distinctoria vocari solita) primum capitulum Cracoviense a Sede Romana impetravit, cuius exemplum secuta sunt alia canonicorum collegia.*

*Ad maiorem splendorem cultus divini pia maiorum nostrorum liberalitate extabant penes hanc ecclesiam cathedralem praeter collegium canonicorum, complura alia collegia presbyterorum, videlicet: 1 Collegium vicariorum, olim triginta presbyteris constans, qui supple-*

<sup>17</sup> Kard. Latinus Ursinus Jakub, diakon, notariusz apostolski, od roku 1371 kardynał, zmarł 13 VIII 1379 r.; zob. *Hierarchia catholica I*, s. 22.

<sup>18</sup> Władysław Jagiełło, król Polski i wielki książę Litwy, 1386–1434.

*bant vices canonicorum in officio divino quovis die in choro cantu gregoriano exacte decantando. 2 Collegium mansionariorum<sup>19</sup>, olim octo presbyteros numerans, qui tenore erectionis officium parvum B.V. Mariae et missas votivas de eadem canere debebant. 3 Collegium praebendariorum, qui etiam rorantistae vocabantur<sup>20</sup>, propterea quod ex peculiari huius dioecesis devotione erga Sanctissimum Mysterium Divinae Incarnationis missam de Beata „Rorate caeli”, ut in Adventu, quotidie decantabant. Collegium hoc numerabat quondam octo presbyteros. 4 Collegium Psalteristarum<sup>21</sup>, quorum officium fuit horis diurnis et nocturnis, ab alio officio divino vacantibus psalterium ante Venerabile Sacramentum et missas ex praescripto fundationis decantare. 5 Collegium praebendariorum Angelistarum<sup>22</sup> sic dictorum, quod missas votivas de sanctis Angelis ad mentem fundatorum statutis diebus decantabant. 6 Collegium Paenitentiariorum<sup>23</sup>, qui [k. 7] certis horis confessionalia occupare et paenitentibus in audiendis eorum confessionibus, aurem praebere tenebantur. In eorum adiutorium aggregabantur sufficienti salario religiosi, moribus et doctrina praestantes. Porro unus ex canonicis cathedralibus doctor s. Theologiae quasi ad normam maioris paenitentiarii certis festivitatibus per annum sedem confessionalem occupare solet, et aliis praesidere, ipse quoque fidelium confessiones excipiens.*

*Haec inquam antiquitus penes ecclesiam cathedralem extabant presbyterorum collegia. Verum temporis successu, defectu redditum, in dotem aliis quondam constitutorum, numerus ministrorum huius ecclesiae magno publicae pietatis detimento imminutus est adeo, ut in praesentia ex residuo peculio vix duo foveantur presbyterorum collegia: vicariorum scilicet et psalteristarum, illud sex, hoc quatuor presbyteris constans. Habuit olim haec dioecesis sexdecem ecclesias collegiatas, sed has gubernium austriacum pridem suppressit. Huic malo*

<sup>19</sup> Kolegium mansjonarzy uposały i erygował przy katedrze na Wawelu biskup Zawisza z Kurozwękiem (11 V 1381). Kolegium to składało się z 6 kapelanów, a z biegiem czasu było ich 8; zob. B. Kumor, *Dzieje..., t. 1, s. 375.*

<sup>20</sup> Kolegium rorantystów w kaplicy królewskiej uposały król Zygmunt I Stary (27 III 1543). Nosiło też nazwę „Prebendarzy królewskich”. Składało się z 9 kapelanów i jednego kleryka, a jego zadaniem był codzienny śpiew mszy św. *Rorate* w kaplicy królewskiej *cantu figurali*; zob. B. Kumor, *Dzieje..., t. 1, s. 388.*

<sup>21</sup> Kolegium psalterzystów uposały przy katedrze wawelskiej św. Jadwiga królowa (9 VIII 1393). Stanowiło je 16 kapelanów „dla śpiewania w chórze Psałterza na większą chwałę Bożą”, zob. B. Kumor, *Dzieje..., t. 1, s. 381.*

<sup>22</sup> Kolegium angelistarum, czyli Stróżów grobu św. Stanisława b. i m. uposały i erygował biskup Marcin Szyszkowski (15 V 1630). Fundacja była przeznaczona dla 2 stróżów nocnych, 2 stróżów dziennych – kapelanów, 5 pomocników „nobiles” i 2 kleryków; zob. B. Kumor, *Dzieje..., t. 1, s. 389.*

<sup>23</sup> Kolegium penitencjarzy – spowiedników było podwójne. Pierwsze (2 penitencjarzy) uposały biskup Jan Konarski (11 II 1520). Drugie uposały (6 II 1615) ks. Jan Fox (2 penitencjarzy) i (5 V 1615) biskup Piotr Tylicki (5 penitencjarzy); zob. B. Kumor, *Dzieje..., t. 1, s. 397 n.*

*opportunum remedium affere cupiens, egi pro meis viribus, ut saltem duae in universa dioecesi Cracoviensi excitarentur: altera Kielciis in Regno Poloniae sub titulo Assumptae in Coelos B.V. Mariae<sup>24</sup>, altera Omnim Sanctorum Cracoviae, id quod Deo iuvante iam effeci<sup>25</sup>. Reliquum est hisce collegiatis opportuna statuta praescribere et modicitati earundem reddituum mediantibus administris regii, quoad collegiatam Kielensem, et Senatu Cracoviensi quoad collegiatam Omnim Sanctorum succurrere. Statuta quod attinet, haec iam ecclesiae Kielensi peculiari reformationis decreto praescripsi, idem facturus pro altera collegiata. Quod spectat ampliandos utriusque redditus, non despero, ut praeces meae iam expositae, optatum sorciantur effectum.*

[k. 8] *Numerus eeclesiarum parochialium distinguitur in decanatus, qui sequentem exhibit seriem:*

a) *Decanatus in Regno Poloniae*

1. <i>Andrejoviensis</i> <sup>26</sup>	<i>numerat ecclesias parochiales 13.</i>
2. <i>Dziergoviensis</i> <sup>27</sup>	<i>numerat ecclesias parochiales 11.</i>
3. <i>Kielcensis</i> <sup>28</sup>	<i>numerat ecclesias parochiales 15.</i>
4. <i>Kurzeloviensis</i> <sup>29</sup>	<i>numerat ecclesias parochiales 12.</i>
5. <i>Leloviensis</i> <sup>30</sup>	<i>numerat ecclesias parochiales 13.</i>
6. <i>Miechoviensis</i> <sup>31</sup>	<i>numerat ecclesias parochiales 12.</i>
7. <i>Olkusiensis</i> <sup>32</sup>	<i>numerat ecclesias parochiales 11.</i>
8. <i>Opatoviensis</i> <sup>33</sup>	<i>numerat ecclesias parochiales 13.</i>
9. <i>Pilicensis</i> <sup>34</sup>	<i>numerat ecclesias parochiales 11.</i>
10. <i>Prosovicensis</i> <sup>35</sup>	<i>numerat ecclesias parochiales 11.</i>
11. <i>Severiensis</i> <sup>36</sup>	<i>numerat ecclesias parochiales 17.</i>
12. <i>Szkalmiriensis</i> <sup>37</sup>	<i>numerat ecclesias parochiales 13.</i>
13. <i>Skalensis</i> <sup>38</sup>	<i>numerat ecclesias parochiales 14.</i>

<sup>24</sup> Kolegiata Wniebowzięcia NMP w Kielcach powstała w XII w. W roku 1786 obejmowała 5 prałatur i 9 kanonii gremialnych, w 1828 – 3 prałatury i 6 kanonii gremialnych.

<sup>25</sup> Kolegiata Wszystkich Świętych w Krakowie w roku 1772 obejmowała 7 prałatur i 15 kanonii gremialnych, w 1827 – 5 prałatur i 4 kanonie gremialne.

<sup>26</sup> Jędrzejów, miasto powiatowe w woj. świętokrzyskim.

<sup>27</sup> Dziergów, miasteczko w pow. Jędrzejów, woj. świętokrzyskie.

<sup>28</sup> Kielce, stolica diecezji i woj. świętokrzyskiego.

<sup>29</sup> Kurzelów, parafia, pow. Włoszczowa, woj. świętokrzyskie.

<sup>30</sup> Lelów, parafia, pow. Częstochowa, woj. śląskie.

<sup>31</sup> Miechów, miasto powiatowe, woj. małopolskie.

<sup>32</sup> Olkusz, miasto powiatowe, woj. małopolskie.

<sup>33</sup> Opatowiec, miasto, pow. Kazimierza Wielka, woj. świętokrzyskie.

<sup>34</sup> Pilica, miasto, pow. Zawiercie, woj. śląskie.

<sup>35</sup> Proszowice, miasto powiatowe, woj. małopolskie.

<sup>36</sup> Siewierz, miasto, pow. Będzin, woj. śląskie.

<sup>37</sup> Skalmierz, miasto, pow. Kazimierza Wielka, woj. świętokrzyskie.

<sup>38</sup> Skala, miasto, pow. Kraków, woj. małopolskie.

14. *Stopnicensis*<sup>39</sup> numerat ecclesias parochiales 13.  
 15. *Szydłoviensis*<sup>40</sup> numerat ecclesias parochiales 16.  
 16. *Wawrzecznensis*<sup>41</sup> numerat ecclesias parochiales 11.  
 17. *Wislicensis*<sup>42</sup> numerat ecclesias parochiales 14.  
 18. *Xiążnicensis*<sup>43</sup> numerat ecclesias parochiales 11.

b) *Dacanatus in territorio Cracoviensi*

19. *Czernichoviensis*<sup>44</sup> numerat ecclesias parochiales 13.  
 20. *Novi Montis*<sup>45</sup> numerat ecclesias parochiales 10.  
 21. *Bolechoviensis*<sup>46</sup> numerat ecclesias parochiales 10.

*In ipsa urbe Cracoviensi unus huiusmodi decanatus ruralis reperitur complectiturque ecclesias parochiales* 11.

*Universim itaque numerus ecclesiarum parochialium complectendo eas quoque, quae in ipsa civitate Cracoviensi eiusque suburbii reperiuntur, nec non collegiatas, quibus adnexa est cura animarum, efficiet summam*

275.

[k. 9] *Maior pars beneficiorum in hac dioecesi est iuris patronatus laicalis, nobilium scilicet et publici regiminis, ad quae tamen praesentati non instituuntur, nisi praevio stricto examine. Ad ea vero, quae sunt iuris patronatus mere ecclesiastici, ut per concursum (iuxta praescriptum iuris) obtineantur, omnem curam impendo.*

*Dos earundem ecclesiarum iam propter defectum solutionis censuum, iam ob commutationem decimarum manipularium in pecuniarias, iam demum suppressionis beneficiorum simplicium causa, notabiliter imminuta, multis in paroeciis nequit fovere duos presbyteros, multoque minus sufficit restaurandis adornandisque ecclesiis. Verum spes est fore, ut Augustissimus Imperator et Rex feliciter nobis imperens<sup>47</sup>, inhaerendo vestigiis Augustissimi sui Praedecessoris ac fratris<sup>48</sup>, ecclesiae eiusque ministris regiam opem ferat.*

*Moribus parochorum, muniisque ab iisdem rite adimplendis, sedula cura invigilant decani rurales ex ipsomet parochis, doctrina, prudentia ac morum integritate magis conspicuis, ad hanc provin-*

<sup>39</sup> Stopnica, parafia, pow. Busko-Zdrój, woj. świętokrzyskie.

<sup>40</sup> Szydłów, parafia, pow. Staszów, woj. świętokrzyskie.

<sup>41</sup> Wawrzeńczyce, parafia, pow. Kraków, woj. małopolskie.

<sup>42</sup> Wiślica, parafia, pow. Busko-Zdrój, woj. świętokrzyskie.

<sup>43</sup> Książnice, pow. Miechów, woj. małopolskie (Książ Wielki).

<sup>44</sup> Czernichów, pow. Kraków, woj. małopolskie.

<sup>45</sup> Nowa Góra, parafia, pow. Kraków, woj. małopolskie.

<sup>46</sup> Bolechowice, parafia, pow. Kraków, woj. małopolskie.

<sup>47</sup> Car Mikołaj I, brat cara Aleksandra I, nosił tytuł króla Polski (1825–1855).

<sup>48</sup> Car Aleksander I (1801, 1825), król Polski (1815–1825).

*ciam per me delecti. Eorum praecipuum officium est semel quotannis paraecias visitare, libros metricularum revidere, scrutinium super vita et moribus parochorum ac vicariorum instituere, minores defectus prudenter corripere et emendare, de maioribus, si quos deprehenderint, ad officium nostrum referre. Qua cura atque sollicitudinis fit, ut perpauci sint inter parochos, vocationis suae immemores, caeteri omnes verbo et opere, totos se utilitati animarum iugiter impendant. Ad imbuendum clerum doctrina et pietate antecessores officii mei fundaverunt in hac dioecesi [k. 10] sex seminaria, verum post tot rerum et temporum vicissitudines, attenuatis eorundem redditibus, duo tantum extant seminaria Cracoviae unum, Kielciis in Regno Poloniae alterum. Primum foyens triginta alumnos, alterum numerum pariter triginta clericos, quae saeculo elapso maiori ex parte fundavit Constantinus Szaniawski episcopus Cracoviensis<sup>49</sup>. Administratio seminarii Cracoviensis et instructio ibidem alumnorum est penes presbyteros Congregationis Missionis s. Vincentii à Paulo, Kielcensis vero penes presbyteros saeculares in communi viventes. In utroque seminario clerici student philosophiae, theologiae non tantum morum, sed etiam dogmaticae, scripturae sacrae, historiae ecclesiasticae, iuri canonico, sacrae eloquentiae, cantui, ritibus, iis demum rebus, quae ad curam animarum et sacramentorum administrationem necessaria esse aestimentur, atque id quidem profectu sat laudabili, ut ex publicis examinibus, et toties repetita personali visitatione utriusque seminarii ipsemet compéri. Porro horum, qui indoles, moribus et profectu in litteris magis excellunt, nonnullos mitto Varsaviam, qui in seminario generali munificentia f.m. Alexandri I imperatoris et regis ante paucos annos fundata sumptu publico instituuntur, temporis successu altioribus in dioecesi officiis applicandis.*

*Inter diversas confraternitates, quae etiam nunc extant Cracoviae, praecipua est Confraternitas Misericordiae, instituta saeculo XVI studio ex zelo Venerabilis Servi Dei Petri Skarga<sup>50</sup>, de religione catholica in hisce regionibus bene meriti. Finis praecipuus huius confraternitatis est inopium, egentium sublevare partim per eleemosynas, partim per mutuum absque usuris dari solitum, quae per suos officiales me praeside [k. 11] cum attendentia mei archipresbyteri ad mentem primevae inatitutionis regitur.*

## *II. De secundo relationis capite pertinente ad ipsum episcopum*

*Praeceptum sacrorum canonum Concilii Tridentini de continua residentia in propria dioecesi, quantum mihi negotia Ecclesiae et*

<sup>49</sup> Felicjan Konstanty Szaniawski, biskup krakowski (1720–1732).

<sup>50</sup> Piotr Skarga, jezuita, kaznodzieja królewski, założyciel Arcybractwa Miłosierdzia (1536–1612).

*munus senatorium permittunt, sedulo adimpleo. Quem in finem antiquum palatium episcoporum Cracoviae situm, primo ab Austriacis in nosocomium militare conversum, dein post tot bellicas vicissitudines plane desolatum, proprio aere, magnoque reddituum meorum decremento restauravi et exornavi.*

*Plurimas ecclesias ipsemet in persona, caeteras vero vel per decanos foraneos, vel per alios viros idoneos visitavi. Sacras ordinaciones cleri intra debita tempora et sacramentum confirmationis pro data opportunitate vel per me ipsum, vel per meum suffraganeum<sup>51</sup> saepenumere administravi. Nonnullas etiam ecclesias ipse consecravi.*

*Quia vero praedicatio Evangelii, quod est praecipuum munus episcoporum, hac potissimum temporis calamitate christiana reipublicae adeo est necessaria, non solum omnem curam impendo, ut in omnibus ecclesiis parochialibus hocce praedicationis officium ab animarum curatoribus fideliter exequatur, vere suave mihi esse duxi, commissum mihi gregem verbo salutis pascere in persona, id quod libenter facio non solum in ecclesia cathedrali festis solemnioribus, sed etiam in aliis ecclesiis, data quavis occasione.*

*Ad disciplinam in clero manutenendam, nec non iustitiam ecclesiis eiusque ministris administrandam [k. 12] habeo duo consistoria, unum generale Cracoviae, alterum Kielciis in Regno Poloniae. Primum constituunt vicarius meus generalis et assessores partim ex personis capituloaribus, partim ex aliis presbyteris a me selecti. Huic consistorio ipsemet semper praesideo, quod si me Cracoviae abesse contingat, supplet praesidis vices vicarius generalis per me constitutus<sup>52</sup>. Consistorium Kielcense subest proximo regimini officialis foranei<sup>53</sup>.*

*Quoad exercitium episcopalis officii, iurisdictionis tuendaeque immunitatis ecclesiasticae, praeter communia cum aliis episcopis, nulla particularia commoda aut incommoda experior.*

*Iam ut ad illam quaestionem utrum peculiare aliquod opus com mode ecclesiae, populi, aut cleri perfecerim, respondeam illud tantum non iactantiae causa, sed candoris studio innuam, me praeter restaurationem palatii episcopalium, quo duodecim millibus scutorum Romanorum constituit, triplo plus expendisse in ameliorationem bonorum episcopalium, quae in ipso aditu ad episcopatum belli tumultibus, diuturna vacantia post fata mei praedecessoris<sup>54</sup> desolata*

<sup>51</sup> Tomasz Nowiński, generał miechowitów, biskup pomocniczy krakowski (1816–1830).

<sup>52</sup> W roku 1828 wikariuszem generalnym w Krakowie był ks. Mateusz Dubiecki, dr teologii, prałat, kanclerz kapituły krakowskiej; zob. *Elenchus cleri ... Dioecesis Cracoviensis 1827*, s. 68.

<sup>53</sup> Wikariuszem okręgowym w Kielcach w 1827 r. był ks. Józef Wysocki, dr teologii i dziekan kolegiaty kieleckiej; zob. *Elenchus ... 1827*, s. 94.

<sup>54</sup> Biskup Andrzej Rawa Gawroński, biskup krakowski (1804–1813).

*inveni. Novam insuper ecclesiam in villa Jangrot<sup>55</sup> e lateribus erexi, atque altaribus, imaginibus praeciosioribus, nec non omni supellectili necessaria, divina Providentia opitulante, munire et adornare curavi.*

### *III. De tertio capite relationis ad clerum saecularem pertinente*

*Paucitas canonicorum cathedralium, quorum nonnulli in curia senatus Cracoviensis, alii in litteraria Universitate [k. 13] peculiari bus muniis obstringuntur, non sinit omnes adesse in choro horis canonicas, ac aliis divinis officiis, quo circa supplementur per vicarios cathedrales, qui quotidie choro intersunt integrasque horas canonicas decantant.*

*Missa conventualis quotidie celebratur pro fundatoribus ac benefactoribus. Suppresso iam pridem seperato Collegio Paenitentiarium, eorum vices in excipiendis fidelium confessionibus obeunt partim vicarii cathedralis, partim nonnulli religiosi a capitulo selecti ita tamen, ut etiam canonicus paenitentiarius festis solemnioribus confessionali assidens, hoc officio fungatur. Parochi, ut ad mentem Concilii Tridentini penes suas ecclesias perpetue resideant, sedulo invigilo.*

*Porro sublato abusude pluralitate beneficiorum, nullus abhinc parochus duo simul beneficia curata possidet, iis vero, qui in capitulo de canonicatu sunt provisi, nec unum quidem beneficium curatum retinere permitto, nisi de consensu Apostolicae Sedis. Singulis dominicis festisque diebus in omnibus ecclesiis parochialibus missa ex pracepto pro parochianis applicatur. Ut in eiusdem ecclesiis conciones diebus dominicis et festis, cathecheses vere diebus dominicis habeantur omnimodo curo, cui quidem obligationi parochi exacte satisfaciunt, de canorum plane compertum est.*

*Pari sollicitudine invigilo, ut in singulis parochiis libri metricalum baptizatorum, copulatorum, mortuorum ad normam legum exacte conscribantur, quos quidem libros parochi in decanali visitatione producere, decani vero foranei eosdem [k. 14] revidere et subscribere tenentur.*

*Antiquis constitutionibus praescriptum et usu receptum est in hac dioecesi, ut ii, qui ad maiores ordines promoventur, primo per aliquot dies exercitiis spiritualibus excolantur, quibus etiam omnes alumni in seminario quolibet anno vacare solent. Porro vicarii caeterique presbyteri priusquam ad excipendas confessiones ab officio approbantur, teditimonia peractis examinis ac recollectionum eisdem exhibere tenentur.*

---

<sup>55</sup> Jangrot, parafia, pow. Kraków, woj. małopolskie.

#### IV. De quarto relationis capite pertinente ad clerum regularem

Quemadmodum alia loca Regni Poloniae, ita speciali modo Dioecesis Cracoviensis semper abundabat familiis religiosorum; verum ex his multis suppressis vigore bullae f.r. Pii Papae VII numerus religiosorum plurimum imminutus est, abnixa sequens tabula exhibit modernum eorum status:

##### Elenchus regularium in Dioecesi Cracoviensi

Numerus conventus	Nomen ordinis	Locus ubi habetur conventus	Numerus religiosorum
1	<i>Ordo s. Augustini</i>	<i>Cracoviae in suburbio Casimiriae,</i>	8
2	<i>Ordo s. Augustini</i>	<i>Książ Wielki in Regno Poloniae</i>	2
3	<i>Canonici Regulares Lateranenses</i>	<i>Casimiriae ad Cracoviam</i>	17
4	<i>Carmelitae Discalceati</i>	<i>In eremo Czerna<sup>56</sup> in territorie Cracoviae</i>	14
5	<i>Cistercienses</i>	<i>In Mogiła prope Cracoviam</i>	19
6	<i>Camaldulenses</i>	<i>In monte Argenteo prope Cracoviam</i>	5
7	<i>Conventuales</i>	<i>Cracoviae</i>	19
8	<i>Conventuales</i>	<i>In oppido Chęciny in Regno Poloniae</i>	2
9	<i>Conventuales</i>	<i>In Nowe Miasto</i>	4
[k. 15]		Latus	90
10	<i>Capucini</i>	<i>Cracoviae</i>	9
11	<i>Custodes S. Sepulchri</i>	<i>Cracoviae</i>	3
12	<i>S. Francisci de Observantia</i>	<i>Cracoviae</i>	18
13	<i>S. Francisci de Observantia</i>	<i>In Alvernia in territorio Cracoviensi</i>	2
14	<i>S. Francisci de Observantia</i>	<i>In Karcówka in Regno Poloniae</i>	2
15	<i>S. Pauli Eremitae</i>	<i>Cracoviae in Rupella</i>	3
16	<i>Reformatorum</i>	<i>Cracoviae</i>	21
17	<i>Reformatorum</i>	<i>Pilica in Regno Poloniae</i>	15
18	<i>Reformatorum</i>	<i>Stopnica</i>	12
19	<i>Reformatorum</i>	<i>Pinczoviae</i>	12
20	<i>Praedicatorum</i>	<i>Cracoviae</i>	21
21	<i>Fratrum s. Ioannis de Deo</i>	<i>Cracoviae</i>	6
22	<i>S. Vincentii Congr. Missionis</i>	<i>Cracoviae</i>	8
		Latus	225

Universim itaque numerantur monasterii 22, religiosi in communi viventes 225. Caeterum multi suppressis eorum monasteriis curae animarum applicati fructu satis laudabili officio illis imposito fungenzur.

Quod spectat ad disciplinam religiosam in conventibus haec certe a tempore Josephi II imperatoris Austriaci<sup>57</sup>, qui in rebus ecclesiasti-

<sup>56</sup> Czerna, klasztor Karmelitów Bosych, pow. krakowski, woj. małopolskie.

<sup>57</sup> Cesarz Franciszek I (1792–1805) i II (1805–1835); cesarz Józef II (1780–1790).

*cis omnia innovare cupiebat, multum degeneravit, hac autem semel colapsa, admodum difficulti est eandem denuo restituere, id quod post tot concitus ipsemet sum expertus. Fatendum tamen est, quod etsi permulti a primaevō spiritu suorum instituorum longe abscesserint, pauci tamen inter eos reperiuntur, qui notorie cum scandalo populi delinquunt, nonnuli vero vel ad confessiones fidelium excipiendas, vel ad conciones publicas [k. 16] adhibiti utilem religioni navant operam.*

#### V. De quinto relationis capite ad moniales pertinentे

*Quaenam in Dioecesi Cracoviensi reperiuntur coenobia virginum, sequens exhibet tabula:*

Elenchus conventuum monialium in Dioecesi Cracoviensi

Numerus conventuum	Denominatio conventus	Locus ubi reperitur	Numerus religiosorum
1	<i>Conventus Augustinarum</i>	<i>Casimiriae ad Cracoviam</i>	10
2	<i>Conventus Clarissarum</i>	<i>Cracoviae ad s. Andream</i>	27
3	<i>Conventus Clarissarum</i>	<i>Checiny in Regno Poloniae</i>	10
4	<i>Conventus Dominicanarum</i>	<i>Cracoviae</i>	11
5	<i>Conventus s. Francisci</i>	<i>Cracoviae</i>	25
6	<i>Conventus Carmelitarum Discalceat.</i>	<i>Cracoviae</i>	19
7	<i>Conventus Canonissarum de Saxia</i>	<i>Cracoviae ad s. Thomam</i>	7
8	<i>Conventus Canonissarum Praemonstr.</i>	<i>Cracoviae</i>	38
9	<i>Conventus Canonissarum Praemonstr.</i>	<i>Imbramoviciis<sup>58</sup> in Regno Poloniae</i>	12
10	<i>Conventus Praesentationis BMV</i>	<i>Cracoviae ad s. Ioannem</i>	12
11	<i>Conventus Canonissarum Praemonstr.</i>	<i>Pinczoviae in Regno Poloniae</i>	20
12	<i>Conventus Sororum Charitatis</i>	<i>Cracoviae</i>	14
13	<i>Conventus a Visitatione BMV</i>	<i>Cracoviae</i>	33
<i>Summa</i>			<i>238</i>

*Universim itaque numerantur in Dioecesi Cracoviensi conventus 13, religiosae vero 238.*

*Ut in hisce monasteriis virgines Deo consecratae pietati vacent, et suaे vocationis fideliter correspondent, omnem curam adhibeo. Itaque hunc in finem sequendo antiquam consuetudinem, cuilibet monasterio*

<sup>58</sup> Imbramowice, klasztor norbertanek, pow. olkuski, woj. małopolskie.

*destinavi commissarium canonicum, vel idoneum presbyterum. Qui quidem commissarii praevia informatione [k. 17] ad mentem constitutionum apostolicarum concinnata instructi, sedulo invigilant, ut in iisdem monasteriis tam spiritualia, quam temperalia rite administrentur.*

*In multis monasteriis nominatim habentur scholae puellarum. Nonnulla horum monasteriorum etiamnum habent proprios fundos, e quorum redditibus sustentantur aliis post suppressionem bonorum, penditur ex aerario publico modium salarium, caeterae religiosae preccario et ex eleemosinis pauperrime vivunt. Clausura apud moniales ubique servatur, nullusque, me dioecesim regente, accidit casus, qui consilio aut iuvamine Sacrae Congregationis indigeret. Confessarii monialium tam ordinarii, quam extraordinarii per me approbantur, circa quos servatur constitutio f.m. Benedicti XIV<sup>69</sup>.*

#### VI. *De sexto relationis capite ad ecclesias, confraternitates et loca pia pertinente*

*Ut oneribus missarum et annivarsiorum ad mentem fundatorum plene satisfiat, in sacristiis ecclesiarum iuxta decretum Urbani Papae VIII<sup>70</sup> exponuntur eorundem tabella dicendum, tamen hic est, cum animi moerore multas fundationes, quibus similes obligationes fuerant annexa, temporum vicisitudine aut penitus ab ecelesiis iam esse avulsas, aut in suis redditibus plurimum diminutas. Quo factum est, ut de consensu Sanctae Sedis Apostolicae praedicta missarum et anniversariorum onera coactus fuerim reducere, aliunde numerus imminutus presbyterorum [k. 18] tot obligationibus implendis neutiquam est sufficiens.*

#### VII. *De septimo relationis capite ad populum pertinente*

*Mores populi quod attinet, nullus hactenus irrepserit abusus, nulla talis inolevit consuetudo, quae Sedis Apostolica indigeret puculiari iuvamine. Quinimo ingenti laetitia fateri cogor semper me in incolis huius dioecesis observasse magnum studium religionis, ac propensionem ad pietatem. Quod vel maxime patuit tempore jubilaei a Sanctissimo domino nostro clementer concessi<sup>71</sup>, cuius quidem rei nuntio in pagas et oppida perlato, magno studio ac pietate fideles sese comparavere ad tam insigne Christi Domini beneficium. Inchoato autem*

<sup>69</sup> Papież Benedykt XIV rządził Kościolem w latach 1740–1758.

<sup>70</sup> Papież Urban VIII rządził Kościolem w latach 1623–1644.

<sup>71</sup> Papież Leon XII rządził Kościolem w latach 1823–1829.

*jubilaeo certatim confluabant plebs ac nobiles, complebantque tempora. Delecti a clero praedicatorum concionabantur nulli parcendo labori, quibus ipse pro officio meo imbecillitatem meam Domino fulciente praeibam exemplo. Eloquia Dei percipiebat populus crebris suspiriis, uberimo fletu, eoque certe fructu, ut excipiendis [k. 19] paenitentium confessionibus, reficiendisque Sacratissimo Christi Corpore vix sufficienter presbyteri. Magno hoc tempore sincere ad Deum conversiones visa sunt documenta. Multa scandala ab oculis fidelium remota, multa odia deposita, multae restitutiones factae. Quae vero pietatis, hospitalitatis et caritatis in pauperes exhibita sunt exempla, id difficile est verbis prosequi.*

### VIII. De octavo relationis capite ad postulata pertinente

*Quantum ad postulata huius dioecesis Sanctae Sedi Apostolicae proponenda attinet, haec inquam successor meus Eminentium Vestiarum commodius exponet<sup>62</sup>. Mihi proxime huic dioecesi valediciture, novorum officiorum implendorum, nova incumbit moles. Illud unum ab Eminentibus Vestris exposco, ut illis mediantibus Sanctissimus dominus noster, cuius pedes humillime exosculo, mihi una cum clero et universo grege Dioecesis Cracoviensis apostolicam benedictionem clementer impertiat.*

*Atque haec sunt, Eminentissimi Domini, quae de statu Dioecesis Cracoviensis pro officii mei partibus exponenda Eminentiarum Vestiarum hisce literis, et pro supra dictum mandatarium meum, omnis cultus, ac venerationis studio exhibenda esse duxi.*

*Dabam Varsaviae in palatio archiepiscopali die 2 mensis Maii 1828 anno.*

*Eminentiarum Vestiarum  
humillimus, devinctissimus ac obsequen-  
tissimus servus. Ex episcopatu Cracoviensi  
ad archiepiscopatum Varsaviensem nuper  
promotus*

*Ioannes Paulus Woronicz*

---

<sup>62</sup> Karol Skórkowski, biskup krakowski (1829–1851).

## BERICHT DES BISCHOFS JOHANNES PAUL WORONICZ ÜBER DEN STAND DER KRAKAUER DIÖZESE IM JAHR 1828

### Z u s a m m e n f a s s u n g

Vor drei Jahren wurde vom Verfasser in "Analecta Cracoviensia" ein Bericht über den Stand der Krakauer Diözese aus dem Jahr 1807 veröffentlicht. Dieser Bericht wurde vom Krakauer Bischof Andreas Gawliński der Konzilskongregation in Rom zugeschickt. Es war der erste Bericht über den Stand der Krakauer Diözese nach der Katastrophe der drei Teilungen Polens.

Jetzt wird vom Verfasser der Bericht des Krakauer Bischofs Johannes Pauls Woronicz über den Stand der Krakauer Diözese aus dem Jahr 1828 veröffentlicht. Das Original befindet sich im Archivum Secretum Vaticanum. Die veröffentlichte Urkunde umfasst 19 Karten *in folio*, enthält das Datum 2. Mai 1829 und wurde in der Residenz der Warschauer Erzbischöfe verfasst. Zwar wurde Bischof J. P. Woronicz schon am 28. Januar 1828 zum Warschauer Metropolit präkonisiert, hat sich aber mit der Krakauer Diözese nicht verabschiedet, obwohl er schon in Warschau wohnte.

Neben der Einleitung umfasst der Bericht folgende Fragen: den materiellen Stand der Diözese, die Bischoftätigkeit, die Diözesiangeistlichkeit und Orden, die Ordensschwestern, die Bruderschaften, die kirchlichen Krankenhäuser und die Gläubigen. Im letzten Teil des Textes sind die Forderungen enthalten.

Dank der Veröffentlichung dieser Urkunde können wir die beiden Berichte – aus dem Jahr 1807 und 1828 – vergleichen. Es war eine Periode, in der die Krakauer Diözese zwei weitere Teilungen erleben musste, es änderte sich die politische und metropolitane Zugehörigkeit. Der Bericht von 1828 stellt den Stand der Krakauer Diözese nach den eingeführten Änderungen dar. Die Veröffentlichung dieser Quelle bildet einen wichtigen Bezugspunkt zu der Geschichte der Krakauer Diözese in der Zeit der nationalen Gefangenschaft.